UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Crucis Exaltatio. S. Maternus Eps. S. Salustia & Cerealis. 14. Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Crucis Exaltatio. S. Maternus Eps.
S. Saluſtia & Cerealis. 14. Sept.

Amor Crucis.

Crux eſt Regum magnificentia Impp. Philoſophia, Martyrum gloria. Chryſ.

Deus qui nos Exaltatione S. Crucis lætificas; præſta quæſumus ipſius virtute (SS. Materni, Saluſtiæ & Cerealis interceſſione) vt cuius Myſterium in terra cognovimus eius redemptionis præmia cupiamus per eundem D.N. Ieſum &c.

Ora pro pace &c

1. S. Crucis Exaltatio & illa intelligi poteſt quæ ſub Conſtantino M. facta eſt Romæ, debellato gentiliſmo in Maxentio Tyranno: & illa quæ Ieroſolymis evenit, cum Heraclius Imp. victor de Choſihoa R. raptore S. Crucis Crucem reportauit, illa tamen tenax in ſe fundatæ humilitatis, niſi poſito diamate & Ornatu ferri recuſauit.

2 S. Maternus creditur filius Viduæ in Naim reſuſcitatus. Illud certum à S. Petro miſſum eſſe in Garmaniam & 40. dies mortuum reſuſcitatum S. Petri Virga. Colonienſes Chriſto adiunxit.

3 S. Saluſtia Vxor S. Cærealis militis, vna cum eo in fide inſtructa opera S. Cornelij Papæ, eodem die pariter pro Chriſto capite plexi ſunt.